

C. ad Tertull. ubi voluit, quòd in casu, quo mater privatim proprietate bonorum filii, cui successit, propter transitum ad secundas nuptias, et tantum sibi remanet usufructus, quòd si mater sit gravata solvere legata relicta in testamento filii de propria bursa, quæ portea nubat, quòd tunc cedendo usufructui, liberaretur, allegat dict. l. cum hereditate; quod dictum non video, quòd possit esse alicujus effectus, cum mater succedens ex testamento succedat pleno jure, ut in authent. ex testamento, C. de secund. nupt.

LEY XIX.—Como, aquel que es establecido por heredero en testamento de otro, que era su pariente, si desechare la heredad por razon del testamento, non la puede despues cobrar por parentesco.

Quando alguno es puesto por heredero en testamento de otro, de quien el fuesse el mas propinco pariente, si el, sabiendo que era assi establecido por heredero en el testamento, desechasse la herencia, diciendo que la non queria tomar por razon del parentesco; si estonce non se otorgasse luego por heredero por razon del testamento, non lo podria despues fazer; porque se entiende (1) que la desamparo del todo. Mas si el heredero, non sabiendo que era escrito en el testamento del finado, desechare la herencia, diciendo, que non la queria ganar por razon que era pariente mas propinco del muerto, estonce bien la podria (2) despues cobrar por razon del testamento. E esto es, porque non podria renunciar el derecho que auia en la heredad por razon del testamento, pues que lo non sabia (3). E otrosi, non podria desechare el derecho que auia el en la heredad por razon del parentesco, a menos de renunciar (4) primeramente el derecho que auia en ella por razon del testamento. E porende, tal renunciacion non le empuessa, si quisiere auer la heredad despues.

LEY XIX.—Si institutus in testamento alterius sit ejus propinquior consanguineus, et hoc sciendo repudiet hereditatem ratione propinquitatis, si statim non adeat ratione testamenti, excluditur utraque via: si autem ignorans se scriptum heredem, renuntiet ab intestato, non excluditur ex testamento, quia non potuit, quod sibi ignorans competeat, renuntiare. Hoc dicit.

(1) Se entiende. Probatur hic dictum Glossæ in l. 1. §. sed videndum, D. de successor. edict. de quo dixi supra eod. in l. 18. in gloss. 1. patet etiam hic, quòd ad destructionem consequentis sequitur etiam destructio antecedentis, l. illud, D. de acquirend. hered. l. ad rem mobilem, et l. ad legatum, D. de procurator. et ad istum brocardum, qui vult consequens, etc. vide notabile consilium Decii 77. incipit, viso puncto suprascripto.

(2) La podria. Adde l. nec is, hæres institutus, D. de acquirend. hered. exclusus enim ab uno remedio, non videtur exclusus ab alio, l. si filius qui patri, D. de bon. libert. l. si domus, D. de serv. urban. præd.

(3) Non sabia. Quia non videtur quis renuntiare juri, quod quis ignorabat sibi competere, ut hic, ut in l. mater, D. de inoffic. testam. l. Clodius, D. de acquirend. hered. et idem si dubitaret sibi competere, l. manifestissimi, §. sin autem nescius, C. de furt.

(4) De renunciar. Hereditati enim nondum delatæ renuntiare non potest, ut hic, et l. si ita sit scriptum, §. si sub conditione, D. de legat. 2. l. is qui hæres, D. de acquir. hered. nisi talis renunciatio fiat per pactum, l. 1. C. de pactis, l. de fideicommissis, C. de transact.

LEY XX.—Fasta quanto tiempo puede el fijo, o nieto, cobrar la heredad que ouiesse desechada.

Desechando (1) el fijo (2), o el nieto (3), la heredad de su padre, o de su abuelo, despues de la muerte de ellos, seyendo mayor de edad de veynte e cinco años (4), si la heredad, o los bienes della non fuesen enagenados,

bien los puede despues cobrar (5), e auer fasta tres años. Mas si las cosas de la herencia (6) fuesen enagenadas, non las podria despues cobrar, ni auer; fueras ende si fuesse de menor edad, assi como de suso diximos (7).

LEY XX.—Filius, vel nepos major ætate, ascendentium hereditatem repudians, potest eam habere, si bona non sunt alienata, usque ad triennium; sed si alienata sunt, non potest nisi sit minor. Hoc dicit.

(1) Desechando. Et sic lex ista loquitur in repudiatione expressa. Quid autem in tacita per lapsum temporis datum ad se immiscendum, vel abstinendum? Gloss. et Bart. in l. 3. C. de juris et facti ignor. volunt, quòd non habeat locum dispositio l. fin. C. de repudian. hered. de qua ista sumpta est, et tenet Bald. et Paul. in l. si quis suus, D. de jur. deliber. Alexand. et Jason. in 6. limitatione, in dict. l. fin. contrarium tamen videtur probari in l. 2. in fin. supra eod. tit. vide quæ ibi dixi in Gloss. final. Quid autem si filius repudiaret legitimam, an habeat locum ista lex? Bald. vult, quòd non, in dict. l. fin. vide tamen Joan. de Imol. qui vult contrarium in l. quia poterat, D. ad Trebell. per l. ita tamen, §. si patronus, D. eod.

(2) El fijo. De suo in potestate loquitur juxta l. fin. C. de repudian. hered. de qua sumpta est hæc lex, et l. si quis suus, D. de jure deliberand. licet Gloss. in dict. l. fin. voluit, quòd procederet etiam in filio emancipato, per l. nonnumquam, D. de collat. bonor. quæ satis urgebat. Communiter tamen Doctores tenent contra illam glossam, et quòd illa l. fin. non procedat in filio emancipato, ut attestatur Alexand. ibi; et idem voluit Gloss. in l. si emancipata, ubi bonus textus C. de juris et facti ignor. Paul. de Castr. in dict. l. si emancipata, tenet contra communem opinionem, quia emancipato ita de æquitate prætoria debita est hereditas patris, sicut filio in potestate: et quia hodie præterito filio emancipato, ita redditur testamentum nullum, si præteritio facta fuit sine causæ expressione, sicut si filius in potestate esset præteritus sine causa, ut in authent. de hered. et Falcid. §. exheredatos: quæ tamen fundamenta dicit fragilia Alexand. in dict. l. fin. fatetur tamen, post Cynum, et Ray. in dict. l. fin. et Bald. in dict. l. si emancipata, quòd emancipatus infra annum poterit revocare repudiationem suam, argumento dictæ l. nonnumquam, idemque esse in quocumque descendente, qui non esset suus, vel emancipatus eadem ratione, sicut in hereditate materna potest repudiatio revocari per filium intra annum, l. filii mater, §. 1. D. ad Tertull. et ibi Bart. et idem Bartolus in dict. l. si quis suus, licet contrarium tenuerit in dict. l. fin. Primum tamen tenet Alexand. in l. qui se patris, col. 4. C. unde liberi, et in dict. l. fin. post Cyn. et Fulgos. ibi et Jacob. de Rav. Cyn. et Bald. in l. 2. C. de juris et facti ignor. et ad l. 2. C. de juris et facti ignorant. quæ videtur obstare, responde, ut per Alexand. ibidem post Gloss. in dict. l. 2. quòd ibi erat elapsus annus, vel sequens adiverat.

(3) El nieto. Intellige de eo, qui est suus hæres avo, veluti quia est in potestate avi, ut in §. 1. Instit. de nupt. tenet Bart. in l. si quis suus, D. de jure deliber. et in dict. l. fin. unde cum hodie per legem Tauri filius per matrimonium liberetur à patria potestate, filii ab eo geniti, cum non sint in potestate avi, non habebunt in successione avi beneficium hujus legis: habebunt tamen beneficium l. nonnumquam, D. de collat. bonor. ut et ibi tenet Glossa; et ut hic vides, cum istud privilegium detur descendentibus ratione suitatis, non procedet hæc lex è contra in successione descendentium quoad ascendentes, quia cessat ibi suitas, tenet glossa finalis in fin. in l. non justam: C. ad Trebell. possent tamen usque ad annum, revocare abstentionem, per dict. l. filii mater, §. 1. D. ad Tertull. tenet Jason. in dict. l. fin.

(4) De veynte e cinco años. Quid si esset minor tempore abstentionis? Dic ut in dict. l. fin. à qua ista sumpta est, et adverte, quia ista lex videtur reprobare opinionem Glossæ, et Bart. in dict. l. fin. volentium per textum ibi, ubi etiam idem tenet Alberic. et Bald. quòd etiamsi major viginti quinque annis repudiet hereditatem paternam, si tamen repudiet intra vigesimum nonum annum, et sic intra quadriennium, quòd adhuc habebit aliud triennium; quod etiam tenet ibi Paulus de Castro, reprobat opinionem aliorum, qui dicebant, tunc non dari nisi tantum triennium, quæ videtur fuisse opinio Azon. quam approbat ista lex. Tene ergo manti istam legem Partitarum, et textus in dict. l. fin. non probat opinionem Glossæ, et Bartol. et Paul. quia

loquitur in tempore, quo filius vult abstentionem vel repudiationem revocare, et sic, quòd si reperit se in minori ætate, vel intra quadriennium tempore talis revocationis, non verò si tempore repudiationis, cum erat major, et fecit illam intra quadriennium: quia cum tunc nulla tempora restitutionis ei supersint, illicò currit triennium, ut etiam habetur in dict. l. fin.

(5) Despues cobrar. Limita, nisi suus hæres haberet substitutum, nam per damnationem substituti vulgaris tollitur suitas, l. apud Julianum, §. idem Julianus, D. ad Trebell. l. si filius hæres, D. de liber. et posthum. et tenent Alexand. et Jas. in dict. l. fin. post Gloss. ibi. In casibus tamen specialibus, in quibus per dationem substituti non tollitur suitas, adhuc procederet ista lex, secundum Alexandrum ibi; et sic videtur, quòd si filius repudiasset majoriam, in qua fuit institutus, non posset pœnitere, cum semper in majoriam habeat substitutum. Item limita, si haberet conjunctum, qui adiverat, quia tunc jam non esset res integra, secundum eundem Alexandrum ibi; secus si non adiverat. Et idem dic, si legitimus jam adierat, secundum Bald. in l. 2. C. de juris et facti ignor. quasi æquiparentur isti duo casus, bona jam esse distracta, vel hereditatem per additionem jam alteri esse acquisitam, pro quo Alexand. in dict. l. fin. allegat l. filii mater, §. 1. D. ad Tertull.

(6) De la herencia. Omnes vel aliquæ earum, ita quòd rerum distractio ponderosa sit; non enim venditio unius vegetis vini, vel unius sacci tritici, faciet hereditatem in eodem statu non esse, secundum Angel. in dict. l. fin. argum. l. cui dens abest, D. de ædil. edic.

(7) Diximos. Suprà eod. l. 18. et adde l. fin. C. eod. et ad contrarium de l. quòd si minor, §. Scævola, D. de minor. responde, ut per Alber. in dict. §. Scævola, ubi optimè loquitur.

TITULO VII.

DE COMO, E POR QUE RAZONES, PUEDE OME DESHEREDAR EN SU TESTAMENTO A AQUEL QUE DEUE HEREDAR SUS BIENES. E OTROSÍ, POR QUE RAZONES PUEDE PERDER LA HERENCIA, AQUEL QUE FUESSE ESTABLECIDO POR HEREDERO EN EL, MAGUER NON LO DESHEREDASSE (a).

Gravemente yerran los omes a las vegadas, contra aquellos en cuyos bienes deuen ser herederos; porque los han a su finamiento, a desheredar dellos. Onde, pues que en los titulos ante deste mostramos de los establecimientos de los herederos, como pueden ser fechos, e todas las otras cosas que les pertenescen; queremos aqui dezir de los Desheredamientos, que los omes fazen a las vegadas a su fin, con pesar que reciben de aquellos, de quien deuen recibir seruido, e plazer. E mostraremos primero, que cosa es desheredamiento. E quien lo puede fazer. E a quien. E como deue ser fecho. E por que razones. E que fuerça ha. E otrosi diremos, por quales yerros puede perder la herencia, aquel que fue establecido por heredero en el testamento maguer non fuesse desheredado.

(a) Tit. 3, lib. 3 del F. V. de Cast.—Tit. 9, lib. 3 del F. R.—Tit. 6, lib. 3 de las OO. RR.

TITULUS VII. DE EXHEREDAT. LIBEROR.

LEY I.—Que cosa es Desheredamiento.

Desheredar (1) es cosa, que tuelle a ome el derecho que auia de heredar los bienes de su padre, o de su auuelo, o dotro qualquier quel tenga por parentesco. E esto seria, como si el testador (2) dixesse: Desheredo mi hijo; o, Mando que sea extraño (3) de todos mis bienes, porque tal yerro me fizo. E esso mismo seria,

si tales palabras dixesse contra su nieto, o contra otro qualquier, que le deuiesse heredar de derecho (4).

LEY I.—Exhereditatio est consanguinei ab hereditate, in qua jus habet succedendi, expulsio, et fit per hæc verba; exheredo filium meum propter talem causam, et alienum eum facio a bonis meis. Hoc dicit.

(1) Desheredar. Sequitur dicta Azon. C. de liber. præter in summa, vers. exheredare.

(2) El testador. Sive sit masculus, sive foemina, cum neque patri, neque matri permittatur hodie exheredare, vel præterire filium sine insertione justæ causæ, ut in authent. non licet, C. de liber. præter. et in authent. ut cum de appellat. cognoscit. cap. aliud quoque capitulum, collat. 8 unde hodie etiam contra testamentum matris, in quo filium non ritè exheredavit, daretur bonorum possessio contra tabulas, licet enim de jure antiquo Digestorum filios contra testamentum matris non habebat bonorum possessionem contra tabulas, ut in l. illud, §. ad testamenta, D. de bonor. possess. contra tabul. et §. mater, Instit. de exhered. liberor. tamen post jura Authenticarum, et jura ista Partitarum, cum eodem jure detur bonorum possessio contra tabulas, quòd datur jus dicendi nullum, ut inquit Bart. in l. post mortem, §. fin. D. de bonor. possess. contra tabul. per l. 1. in princ. eod. tit. ex filio exheredato à matre sine expressione causæ detur jus dicendi nullum, per dict. cap. aliud quoque capitulum, et infra eod. l. 10. et dict. authent. non licet, dabitur ergò etiam bonorum possessio contra tabulas contra testamenta foeminarum; et hoc etiam voluit Alexand. consil. 89. col. 2. vol. 2. incipit, viso puncto.

(3) Que sea extraño. Adde l. si quis filium, C. de liber. præter. et facit ista lex, quòd per exheredationem fiat extraneus exheredatus etiam à bonis, quæ titulo majoriæ fratri majori fuerunt relicta et ejus descendentibus, et his deficientibus, aliis fratribus, ut in tali substitutione non veniat exheredatus: vide ad hoc bonum textum in authent. de hered. et Falcid. cap. 1. §. exheredatos. Et quid si maledicat filium cum expressione causæ, an ex hoc dicatur ritè exheredatus? Bald. quòd non, in præmio Decretalium, col. fin. vers. item quero nunquid pater maledicendo filium; quod dictum retulit, et sequutus fuit Jason. in dict. authent. non licet, col. 1. C. de liber. præterit. et in aliis locis relatis per Guilielm. Benedict. in repetition. cap. Raynulfus, de testam. super verbo in eodem testamento relinquens, num. 215. Idem tamen Jason. in l. si pater tuus, C. de heredib. instituend. col. 2. tenet contra dictum Baldi, ex quo maledictio non est in genere, sed in specie, allegat l. quotiens, §. si quis nomen, D. de hered. Instit. et ibi Gloss. Et fortè hoc esset verius, dam tamen ex conjecturis constet patrem animo exheredandi filium maledictionem protulisse, cum lex non sit imponenda verbis, sed rebus, l. 2. C. communia, de legat.

(4) Que le deuiesse heredar de derecho. Ex ista lege videtur probari dictum Baldi in repetit. l. pater filium, col. 6. D. de inoffic. testam. et in repetit. l. in suis, D. de liber. et posthum. et in l. posthumorum, ad fin. D. de in just. rupt. test. quòd quando exheredatur, vel præteritur sine causæ expressione ille qui non tenet primum locum in successione, valeat exhereditatio, vel præteritio; et ratio hujus dicti est, quia ille qui non tenet primum locum, non est instituendus, neque exheredandus, l. Gallus, §. in omnibus, D. de liber. et posthum. l. si quis filio exheredato, in princ. D. de in just. rupt. ex quo dicto resultat, quòd si filius emancipatus exheredavit filium, et etiam exheredavit, seu præterit patrem, cujus præteritio habetur pro exheredatione, ut in dict. l. pater filium, et ibi notat Bart. et mortuo testatore filius in judicio inofficiosæ querelæ fuit exclusus per sententiam à querela, et per hoc fuit aperta via querelandi patri, qui tempore mortis non tenuit primum locum, cum præcederet à filio testatoris, quòd pater non poterit succedere ab intestato, neque dicere testamentum nullum, et habebit necesse intentare querelam inofficiosi testamenti, tanquam ritè exheredatus, quamvis in sua exheredatione, vel præteritione non fuerit inserta causa, ut etiam tradit, et notat Alexand. in authent. non licet, num. 5. et 6. C. de liber. præterit. Et eadem ratione idem videtur dicendum, si pater filium ritè exheredet causa inserta, nepotem vero ex eo exheredet sine expressione causæ, quòd excluso filio à querela, nepos non poterit rumpere testamentum per jus dicendi nullum, vel per contra tabulas, sed habebit necesse intentare querelam inofficiosi testamenti tanquam